



Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 31. De Octauiano Cæsare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Caput 30.
De Iulio Cæsare.

Ostquam C. Iulius Cæsar primus Romanorum singulare obtinuit imperium, Romanorum princeps appellatus est. Pompeius prælio victus fugiens, à spadonibus Alexandri regis occiditur. Ptolomæi cadaver cum lorica aurea in Nilo inuenitur. Cæsar in Ægypto regnum Cleopatræ confirmat, ob stupri gratiam. Cleopatra regio comitatu ingressa urbem prohibet lectionis & margaritis vti. Antonius decernit. Quintilem mensem Iulium debere dici, quia in eo fuisset natus. C. Iulius Cæsar in curia occiditur, corpus in rostro rumore cōcrematur. Romæ tres exorti Cōsules in eadem urbe fuerunt. Inter cætera portenta, quæ in toto orbe facta sunt, bos ad arantem in suburbano locutus est; frustra se vrgeri: non enim frumenta, sed homines breui defuturos.

Caput 31.
De Octavianio
Cæsare.

Gen. 49.

OMANORVM secundus post Iulium singulare Octavianus assumpsit imperium, qui primum Augustus Cæsar appellatus est, regnauit annos LXII, menses sex. Post quem Augusti appellati sunt reges Romanorum. Antonius aduersus Cæarem Augustum bellum mouit. Falcidius tribunus plebis legem tulit, ne quis plus testamento legaret, quām ut quarta pars hæreditibus superesset. Trans Tyberim fluum oleum terra erupit, quod tota die sine intermissione fluxit, significans Christi gratiam ex gentibus. Antenium supererat Augustus Octavianus & interueniente Senatu, eum in gratiam recepit. Antonius Patricius contra Iudæos dimicans tandem occiditur & regnum Iudæorum tunc fuit destrutum. Herodes postea à Romanis constitutus princeps. Virgilius in Cappadocia moritur. Herodes à Romanis Iudæorum suscepit principatum. Cuius tempore Christi nativitate vicina, regnum & sacerdotium Iudæi, quod prius per successionem Assamonaorum tenebatur, destrutum est; completa prophetia, quæ ita per Moylen loquitur

quitur: Non deficit princeps ex Iuda, neque dux de feminoribus eius, donec veniat cui repositum est: & ipse erit expectatio gentium. In hoc loco etiam Christus, quem Danielis ^{Dan. 9.} scripture praefatur, accepit finem. Nam usque ad Herodem, Christi, id est, Sacerdotes erant reges Iudaeorum, qui imperare coeperunt * 165. Olympiade, & ab instaurazione templi sub Dario usque ad Hyrcanum & ^{Euseb. 65.} CLXXXV. Olympiade an: CCCCCLXXXVII. in medijs an: transactis, quos Daniel significat, dicens: Et sciens & intel- ^{Dan. 9.}
ligens ab initio sermonem respondendi & aedificandi Hierusalem usque ad Christi principatum, hebdomades vii, & hebtomades sexaginta duæ: quæ sexaginta novem hebdomadæ faciunt an: quadraginta quatuor. Herodes Antipatri filius nihil ad se pertinentem Iudeam ab Augusto & Senatu accepit: filij eius post eum regnauerunt usque ad nouissimam Ierusalem captiuitatem. Quæ omnia etiam Daniel propheta vaticinatur, ita dicens: Et post hebdomadas septem & sexaginta duæ, peribit christma, & iudicium non erit in eo: & templum & sanctuarium corruptet populus cum duce veniente: & cedentur in catastrophi belli. Et in consequentibus: Et super templum, inquit, abominatione desolationis usque ad consummationem temporis; & consummationem dabit super dissolutionem.

Herodes Chanælum quendam Pontificem Iudeorum instituit, & post exiguum temporis Aristobulum fratrem uxoris suę, nepotem----succesorem dedit, quo post annum unum interfecit, Ananælo reddidit sacerdotium.

Lunæ cursus tunc à Romanis inventus est.

Antonius Cleopatræ Arabiam tradit. Augusti & Antonij tertiae dissensionis exordium fuit, quod tepu diata sorore Caesaris, Cleopatrā duxit uxorem, Cleopatra & Antonius semet interficiunt, & ob hoc Ægyptus fit Romana prouincia: quam primus tenuit consul Cornelius.

III 2

Ter-